

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**  
**Dilingæ, 1685**

17. Apparitio in die Ascensionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

2. Apparebat inopinato : & similiter subducet  
bat se, mortaque erat brevis, sicutque alebat de-  
siderium sui. Idem evenit in visitationibus spi-  
ritualibus, unde ait Bernardus gaudiū in hac vita  
ex sponsi præsentia esse posse non saturitatem.  
*Serm.*      *Modicum* & videbitis me, & iterum modicum,  
*13. in*      & non videbitis me. 3. Locus & tempus appa-  
*Cant.*      rationum erat varium : sic & visitationes inter-  
*Ioan.*      nae, aliquando in oratione, alias in lectione, a-  
*16. 10.*      lias in negotio. *Spiritus enim, ubi vult, spi-*  
    *3.*      *rat.* 4. Modus etiam fuit diversus. nam ali-  
    *Ioan.*      quando præcessit visio Angelorum : aliquando  
    *3. 8.*      in aliena figura visus, & non eadem claritate  
    *Exod.*      semper, sed juxta dispositionem, aut beneplaci-  
    *33. 18.*      tum providentiae divinæ. Idem contingit ani-  
    *Ps. 26. 8.*      mæ. Nos interim fidenter orabimus cum Moy-  
    *Ioan.*      se : *Ostende mihi te ipsum, fortè audiemus : E-*  
    *14. 9.*      *go ostendam tibi omne bonum : & cum Davi-*  
    *Cant.*      *de : Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies*  
    *1. 7.*      *mea, faciem tuam, Domine, requiram : Et cum*  
    *Philippe : Domine, ostende nobis Patrem, & suf-*  
    *cas, ubi cubes.*

## MEDITATIO XVII.

*Apparet Apostolis die Ascensionis.*

### PUNCTUM PRIMUM.

*Marc.*      *A*ccumbentibus Apostolis apparuit : simul-  
    *16. 14.*      que convescens de abitu suo significavit, u-  
    *sus*

Ius forte similibus sententijs, atque super ultimam cænam : *Vado parare vobis locum, & i. Act. 1.4.*  
*terum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, ut <sup>Ioan.</sup>*  
*ubi ego sum, & vos sitis.* Item : *Si diligenteris <sup>14. 2.</sup>*  
*me, gauderetis utique ; quia vado ad Patrem. Et, c. 16.7.*  
*expedit vobis, ut ego vadam : si enim non abie-*  
*ro, Paraclitus non veniet ad vos : si autem abie-*  
*ro, mittam eum ad vos.*

## PUNCTUM II.

**S**edere, inquit, in civitate, donec induamini *Luc. 24.*  
**S**virtute ex alto. Jubet sedere, in quiete expe- *46.*  
stare, tam mentis, quam corporis, non huc il-  
lucque obeundo, aut anxiè desiderando, sed  
rem Deo committendo : unde praefinivit tem- *anoll*  
pus, et si post dies haud multos futurum prae-  
dixit.

*In civitate Ierusalem*, quietior locus fuisset  
extra frequentiam : at Spiritus S. dari debuit,  
ubi mox illius virtus innotesceret, & quia daba-  
tur ad promulgandam Evangelicam legem, de  
qua Isaías : *De Sion exhibit lex, & verbum Do-* *Is. 2. 3.*  
*mini de Ierusalem.* Et quia solitudo cordis est  
principia, quæ potest etiam in frequentia con-  
servari : unde illa civitas vecatur *Ierusalem*, id  
est, *visio pacis.* Sim talis, ut in omni loco levare  
*valeam* putum cor, & manus ad Deum, donec *1. Tim.*  
*induamini virtute ex alto*, tanquam armatura *2. 8.*  
forti, ad expeditionem Evangelicam : qualis è  
cœlo tantum dari potest. Discam hinc. *1. hu-*  
*militatem, qua agnoscam inbecillitatem me-*

*Tom. II.*

*O*

*am*

am ex me. 2. temerarium esse, absque tali prae  
fidio aggredi opus Evangelij. 3. ubi induiti fu-  
erimus, non morandum, *donec*, inquit, *indua-*  
*mini*: & sic Apostoli fecerunt.

PUNCTUM II.

*Lvt. 24.* **E**duxit eos foras in Bethaniam, in montem qui  
dicitur Oliveti. Non liquet, an ipse simul  
Diversi-  
tas exi-  
tus ex  
Cœna-  
culo.  
cum eis visibilis exierit, an tantum jusserit ire, &  
disparuerit usque ad locum ipsum. Haud dubie  
properarunt mixto tristitiae gaudio, & eundo  
recoluerunt, quomodo ante passionem ex eo-  
dem cœnaculo prodijssent cum Magistro suo  
ad euandem montem.

**Mons Oliveti.** Elegit Christus pro Ascensione sua montem,  
quem elegerat pro principio passionum, ibi e-  
nim usque ad agoniam sanguinis tristatus est;  
proditus & captus, atq; à discipulis suis dereli-  
ctus: nempe significat sibi per passionem as-  
censum ad cœlum parasse. Et quia ibi erat Be-  
thania (quæ domus obedientiæ interpretatur)  
utique intelligi vult per obedientiam & per ex-  
celsum charitatem, monte ipso significataim, &  
per misericordiam olivâ adumbratam  
conscendi in cœ-  
lum,



ME-